UNIVERSIDAD DE
MURCIA

UNIVERSIDAD DE MURCIA
BIBLIOTECA
ESTª S
TABª B
Nº 248

NT 460308
S-B 248
C/S 1620693

UNIVERSIDAD DE MURCIA

UNIVERSIDAD DE
MURCIA

R-74

PROSPERI FARINACII

IVRISCONSVLTI ROMANI

PRAXIS, ET THEORICA CRIMINALIS AMPLISSIMA,

Quatuor titulis partita.

De { *De Reo confesso, & conuicto.* / *De Pœnis temperandis.* } { *Varijs, & diuersis quæstionibus.* / *Varijs, ac diuersis criminibus.* }

IN QVA PER REGVLAS, AMPLIATIONES,

Et Limitationes omnia distinctè miro ordine comprehenduntur, quæ ad causas criminales pertractandas in dies accidere consueuerunt.

Omnibus in foro versantibus, legentibus, & consulentibus perutilis, & necessaria.

Capita aliarum materiarum in ea tractatarum versa pagina indicat.

Cum Summarijs, ac Indice nedum principalium quæstionum, sed etiam rerum, ac sententiarum selectarum locupletissimo.

PLVRIMIS, QVIBVS EDITIO PRIMA SCATEBAT ERRORIBVS, ACCVRATE PVRGATA.



PARMÆ, Ex Typographia Erasmi Viothi. MDCV.

Superiorum permissu.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

Capita Materiarum in Praxi comprehensarum.

De
- Actionis ciuilis, & criminalis cumulatione. 289
- Appellationibus in criminibus recipiendis, vel reijciendis. 295
- Armorum delatione. 498
- Bannitorum, & damnatorum præiudicijs. 315
- Barattariæ pœnis. 558
- Incendijs. 540
- Iniuriarum punitione. 381
- Ludi prohibitione. 515
- Pace, & cautione de non offendendo. 435
- Procuratore in criminalibus admittendo, vel non. 231
- Thesauri inuentione. 368

UNIVERSIDAD DE MURCIA

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO CLEMENTI OCTAVO PONTIFICI OPT. MAX.

Prosper Farinacius perpetuam prosperitatem.



IVRIS Prudentiæ Pater Beatissime, quod nemini, quam Sanctitati tuæ notius est, cui ad summum rerum humanarum fastigium illa parauit ascensum, duæ sunt partes, quarum vna in supplicio coercendis delictis; altera in iure suo cuique reddendo versatur. Illa vniuersæ Reipublicæ quieti consulit; hæc singulorum proprias rationes tuetur; Ex quo sanè perspicuum est, primam ad communem referri vtilitatem, alteram priuatum bonum spectare. Ac mihi quidem de vtroque genere consideranti, quemadmodum rem priuatam publicæ post habendam esse, nemo est, qui ambigat, ita inter professores, sectatoresque Iuris, qui criminum scientiæ diligenter incumbunt, longè melius operam suam locare videntur, quam qui in ciuili doctrina se dumtaxat exercent. Quare ad illam ego iam pridem iuris prudentiæ partem studio, iudicioque delatus, quæ disquisitione criminum continetur, publicæ seruiens vtilitati, præter Tractatum de Testibus superioribus annis Sanctitati tuæ nuncupatum, Praxeos Criminalis, primam partem bonis cęptum auspicijs ante euulgaueram; Nunc, cum primum secundæ partis volumen Deo Opt. Max. fauente, non sine magno, ac diuturno labore ad calcem perductum in lucem emittam, perperam me facturum existimaui, si alium ei patronum adoptarem, quam, cuius suprema authoritate, protegi, atque muniri felicissimè posset: Nam profectò, cum ob innumera, & singularia à benignitate tua in me collata beneficia; ita me tibi in perpetuum deuinxeris, nihil vt possit à me proficisci, quod non eidem tibi iure optimo debeatur, tum genus hoc Iuridicarum lucubrationum nemini iustius conuenire videtur, quam ei, qui supra omnes retro Principes acrem se omni tempore, atque peruigilem nocen-

UNIVERSIDAD DE MURCIA

tum vindicem ostendit; Eorum inquam nocentum, quos peruicacia, & atrocitas scelerum, visque publici exempli tolerari nullo modo permittit, sed tanquam contagiosa membra à toto Reipublicæ corpore celeriter abscindi: Nam, qui vel ob humanam infirmitatem, leuioresque culpas, vel alia de causa miseratione digni videntur, in eos huiuscemodi æquitas, mansuetudoque tua extare solita est, vt omnes Te Pontificem nominis, hoc est pium semper, verèque CLEMENTEM agnouerint. Atque hæc duo sunt, huius doctrinæ veluti cardines Beatissime Pater, in quibus omnis de Criminibus quæstio vertitur, vt quid debita pœnæ seueritate vindicandum, quid miti absolutione, atque indulgentia transmittendum sit cognoscatur, quorum vtrumque parte hac operis, quæ à me hoc tempore in lucem editur, quoad per vires licuit complecti, & explicare conatus sum; Etenim id, quod de Sanctitate tua dicere cæperam, præterquam, quòd ita exploratum est omnibus, vt à nemine negari possit, exules, latrones, sicarij declarant, in quorum tota prope Italia grassantem audaciam, atque furorem, cum diuini Pontificatus tui initia incidissent, ita omnes breuissimo temporis spatio iustissimis edictis, eximiaq; prouidentia tua fusos, deletosq; vidimus, vt ne nomen quidem eorum iam tot annos ad aures veniat; quorum quotidianis rapinis, ac cædibus miserè omnia personabant: Porrò in ijs Ciuitatibus, atque Prouincijs, quæ Ecclesiastico subsunt imperio, tanta quiete, ac moderatione viuitur, legibusq; obtemperatur, vt commissum aliquod paulò turbulentius facinus exaudiri, velut noua res, & insolita, ac non tui sęculi afferat admirationem; Mihi quidem Romæ, qua in patria natus sum Aduocationis hodie munus exercenti, vbi propter magnitudinem Vrbis, nationumq; eò confluentium diuersitatem, ac multitudinem, frequentius grauia, & atrocia delicta audiri pro magno non habebatur, verissimè, & ex certa scientia, quam assidua fori tractatio præbet testari licet; Hoc tempore eum rerum statum esse, vt sine vllo strepitu, aut offensione maxima tranquillitate, legumque reuerentia vita traducatur; ac si fortè insolens aliquod perrarò facinus eueniat, eius auctores clausis effugijs à iustitiæ ministris celeriter interceptos, debitæ vltionis pœnas non differre. His rationibus adductus, præter incredibilia merita, quibus me tibi obstrictum sentio Pater Beatissime, Criminale hoc opus meum, cui aptius, iustiusque quam Sanctitati tuæ deferrem non habui. Quamobrem ad tantæ Maiestatis pedes peruolutus, vt has qualescumque vigilias, laboresq; meos læta fronte excipere digneris suppliciter obsecro, vt benignitate tua animatus, si omnipotenti Deo me iam adulta senecta langueścente tamdiu conseruare placuerit, Volumen alterum Secundæ partis Praxeos Criminalis, quod cœptum iam præ manibus habeo, persequi, & absoluere possim, atque eidem Sanctitati tuæ perfectæ obseruantiæ pignus, & supremum vitæ munus offerre: Interea illum ipsum Deum, cuius Vices in terris geris, ardentibus votis precor, vt Te ad Christianæ Reipublicæ salutem, & Apostolicæ Sedis gloriam, quam diutissimè saluum, atque incolumen seruet.

Romæ, Kalen. Ianuarij M DC IIII.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

PETRO ALDOBRANDINO CARDINALI AMPLISSIMO, S. R. E. CAMERARIO.

PROSPER FARINACIVS S. P. D.


DIV mecum, multumque cogitaui, Cardinalis Amplissime, quo nam modo gentibus declararem, infixam mihi penitus in pectore hęrere memoriam innumerabilium tuorum erga me meritorum. Vna autem ratio se se obtulit, vt labores, vigilias, sudoresque diurnos, atque nocturnos, quos in Criminale hoc meum opus contuli, clarissimo nomini tuo consecratos esse vellem; Etenim si plus haberem, vt ille Cæsari Augusto aiebat, plus darem. Nec enim est, vt sperare liceat, vel minimam à me partem referenda gratia exæquari posse eorum, quibus me cumulasti beneficiorum. Primum quidem Volumen hoc Secundæ Partis Praxeos Criminalis, quod modò in lucem profero, nemini æquius, quam Clementi VIII. Pontifici Maximo, ob eas causas, quæ in Epistola ad eum præmissa, significatæ sunt, debebatur. Ijsdem de causis debitum est Amplitudini tuæ, quippe cum & pariter de me benemeritus, & Sanctissimo Seni ad Mundi regimen sustinendum, iustitiamque, & pacem toto Christiano orbe conseruandam præcipuum columen sis, ac adiumentum? A te igitur ea, quæ par est animi submissione postulo, vt hoc quicquid est muneris, ingenita tibi humanitate libenter accipias, vt hinc ego incensus, atque excitatus, ad alterius, quod restat Voluminis absolutionem fessum ętate ingenium adijcere, ac conferre non reformidem. Enimuerò si diuina bonitas concesserit, vt id, quemadmodum inchoatum est, suppetente vita ad exitum perducatur, affirmare ausim, fœliciſſimo hoc sæculo, quod Aldobrandini nominis virtutibus, ac gloria, seu

UNIVERSIDAD DE MURCIA

clarissimis sideribus illustratur, opus de Capitalium rerum quęstionibus eiusmodi in lucem exiturum, quod Magistratibus, & Gubernatoribus, omnibusque per orbem terrarum Ius dicentibus instar Bibliothecæ sit, cum leuati labore plurimos libros peruolutandi, in hoc vno reperturi sint omnia, quibus edoceantur, quemadmodum ex legum præscripto vindicari scelus, innocentia absolui, iustitia debeat administrari. Ego autem si idipsum opus Clementis Octaui Maximi Legum Antistis auctoritate, Tuique Petre Illustrissime, nominis dignitate protectum, non tam ad famam ingenij mei commendatum, quam gratum, & vtile posteritati futurum comperere, præclarè me operam collocasse, vberemque laborum meorum fructum cępisse arbitrabor.

Romæ, Kalen. Ianuarij. M DC IIII.

TYPOGRAPHVS AD LECTOREM.



AVDIVERAM, Lector amice, quam plurimos eorum, qui in foro præcipuè criminali quotidie versantur, summa auiditate percupere, vt PROSPERI FARINACII *variarum Quæstionum, & Communium opinionum criminalium Liber Tertius, opus certè non minus præclarum, quam illis perneces sarium denuo imprimeretur; fortasse, quia impressi paulò ante Venetijs exempla venalia deficiebant, aut si adhuc nonulla extarent, non sine aliqua difficultate ad omnium manus peruenire poterant; quandoquidem id ipsum (vt verum fatear) nobis superioribus mensibus accidit, quippe qui perpauca exempla à primis impressoribus multis precibus, ac litteris expostulantes iustissimi haud vnquam nostri, aut amicorum voti compotes fieri valuimus. Duo igitur nos, vt laudabilibus multorum desiderijs (quod par est) morem gereremus, hac recenti huius operis editione præstitimus; impressum scilicet Librum* FARINACII *in omnium commoditatem, ac lucem deferimus, & hic emendatior longe, quam antea, vt prodiret, quam maxima fieri potuit diligentia, ac studio curauimus. Ita enim futurum confidimus, vt aditus omnibus facilis huiuscemodi Volumen consequendi, & castigatius sanè legendi pateat. Quicquid itaq; propensionis in studiosos, & non illiberalis in nobis animi nuper extitit, humanissima fronte benigne Lector, accipito, deditissimos nos tuæ semper voluntati, et obsequio, quamdiu vita fruemur, habiturus. Vale.*

UNIVERSIDAD DE MURCIA

ARGVMENTA QVÆSTIONVM OMNIVM, QVAE IN HOC PRIMO TOMO SECVNDAE PARTIS PRAXIS, & Theoricæ Criminalis continentur.

DE REO CONFESSO, & Conuicto.

De confeßione iudiciali, an, & quando ſufficiat ad condemnandum, & generaliter de materia iudicialis confeßionis, q. 81. cap. 1. num. 1. & ſeqq. pag. 2

De confeßione, an, & quando valideat nullitatem proceſſus, poßitq; ea non obſtãte, confeſſus per Iudicem condemnari, q. 81. c. 2. num. 66. & ſeqq. 10

De confeßione facta in vno iudicio, an, & quando probet in alio, q. 81. nu. 92. & ſeqq. 13

De confeßione qualificata, an, & quando poßit per fiſcũ ſcindi, & pro parte acceptari, pro parte autem impugnari, q. 81. nu. 110. & ſeqq. 16

De ſponte confeſſo, an, & quando mitius puniatur, quã non ſponte confeſſus, ſeu conuictus, q. 81. num. 172. & ſeqq. 22

De confeßione emanata coram Iudice incompetente, & præſertim de confeßione Clerici coram Iudice laico, quid, & quantum probet, & quando ad torturam faciat indicium, q. 81. nu. 188. 25

De confeßione criminis per viam exceptionis oppoſiti, vel alias incidenter emanata, an ad cõdemnandum ſufficiat, quando, & in quam pœnam, q. 81. nu. 219. & ſeqq. 29

De confeßione emanata ſub ſpe impunitatis promiſſæ, quando ſufficiat ad condemnandum, quandove iudex poßit hanc impunitatem promittere, & promiſſam ſeruare, vel ſimulationibus, & artibus vti, & quibus, ad eruendum confeßionem a reo, quæſt. 81. num. 276. & ſeqq. 36

De confeßione reuocata prætextu erroris, quando talis reuocatio admittatur, quandove, & quomodo allegatus error probari debeat, quæſt. 81. num. 315. & ſequentibus.

De confeßione minoris emanata ſine curatore, an, & quando valeat, & etiam, quando detur minori reſtitutio in integrum, q. 81. nu. 352. & ſeqq. 46

De confeßione extraiudiciali, quando plene probet, & ad condemnandum ſufficiat, quæſt. 82. num. 1. & ſeqq. 51

De confeßione extraiudiciali, quando indicium faciat ad torturam, q. 82. nu. 23. & ſeqq. 54

De confeßione emanata in tortura, non legitimis præcedentibus inditijs, quando valeat, & quando non, q. 83. num. 1. & ſeqq. 58

De tortura, quando præſumatur, et quomodo probetur, q. 83. num. 22. & ſeqq. 61

De confeßione metu tormentorum extorta, indicijs non præcedentibus, an, & quando ſufficiat ad condemnandum, & quando metu tormentorum extorta dicatur, q. 83. nu. 32. & ſeqq. 62

De confeßione per torturam extorta, an, & quando ratificari debeat, & non ratificata ad condemnandum ſufficiat, q. 83. nu. 67. & ſeqq. 66

De confeßione per ſuggeſtionem extorta, tam in tortura, quam ante, & extra eam, quando ad condemnandum ſufficiat, & quando propriè iudex ſuggerere dicatur, q. 83. c. 4. nu. 84. & ſeqq. 70

De probatione delicti per ſcripturam, ſeu inſtrumentum facienda, q. 84. nu. 1. & ſeqq. 71

De delicto, an præſumatur in dubio, & quæ interpretatio fieri debeat pro excluſione delicti, quæſt. 85. num. 1. & ſeqq. 75

De probationibus, an, & quando in criminalibus debeant eſſe luce meridiana clariores, & quando ex inditijs, & præſumptionibus poßit quis condemnari, & in quam pœnam, q. 86. nu. 1. & omnibus ſeqq. 80

DE POENIS TEMPERANDIS.

De dolo, quando in delictis requiratur, & quando culpa lata dolo æquiparetur, quæſt. 87. num. 1. & ſeq. 95

De dolo, & culpa, an, quando, & quomodo puniantur, q. 87. nu. 65. & ſeqq. 101

De dolo, fraude, & culpa, quid, & quotuplex ſit, plura de ſignificatione doli, fraudis, & culpæ, & culpæ appellatione quid veniat, q. 88. nu. 1. & ſeqq. 103

De doli, fraudis, & culpæ probatione, ac de pluribus præſumptionibus fraudem, & dolum excludentibus, & includentibus, q. 89. num. 1. & omnibus ſequentibus per totam. 110

De cauſa, & credulitate iniuſta, & temeraria, an, & quando excuſet a dolo, a pœna, & temeritate, & an, & quomodo temeritas ſit punienda, & de materia, q. 90. nu. 1. & ſeqq. 123

De ignorantia iuris, quando excuſet in delictis. q. 90. nu. 91. & ſeqq. 130

De eo, qui delinquit, non tamen ſe delinquere credente propter viri fide digni aſſertionem, q. 90. numero 109.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

ro 109. & seqq. 132
De iracundia, quando excusetur à delicto in toto, vel in parte, & quando etiam valeant contractus, & obligationes ex iracundia emanatæ, q. 91. numer. 1. & seqq. 133
De pœna mitiganda propter ætatem, aut minorem, aut senilem. Qui dicãtur minoret. Qui puberes, seu impuberes, aut pubertati proximi, & qui infantes, aut infantiæ proximi, & qui etiam senes, q. 92. nu. 1. & omnibus seqq. 139
De ebrio delinquente, & illius pœna, q. 93. num. 1. & seqq. 160
De furioso, & prodigo delinquentibus, & eorum pœnis, & an furor probandus, & per quem, quæst. 94. num. 1. et seqq. 163
De loci consuetudine an, et quando excusetur delinquentes, præsertim siet irrationabilis, iniusta, ac etiam reprobata fuerit, q. 95. nu. 1. et seqq. 170
De incertitudine delinquentis in homicidio, in rixa cõmissa, quando faciat minuere pœnam, et quomodo in tali homicidio procedendum sit, q. 96. num. 14. et seqq. 177
De multitudine delinquentium, quãdo propter eam pœnam minuatur ne multorum strages sequatur, q. 96. num. 1. et seqq. 178
De mandato, seu iussu Principis, et Superioris, quando excusetur delinquẽtem, eum præsertim, qui metu, aut minis coactus delictum committit, q. 97. num. 1. et seqq. 187
De mandato Principis, & Superioris an, & quando excuset iudicem aliquid iniustè agentem, quæst. 97. num. 25. & seqq. 190
De iudice, seu officiali asserente se aliquid fecisse iussu, ac mandato superioris an, & quando ei credatur, q. 97. nu. 52. & seqq. 194
De iudice exequente alterius iudicis iniustam sententiam, quando excusetur, quandove illam exequi teneatur, q. 97, nu. 67. & seqq. 195
De iudice seculari, quando teneatur exequi sententiã iniustam iudicis ecclesiastici illiq; suum brachium seculare impartiri, q. 97. nu. 81. & seqq. 198
De iudicis, ac magistratus iussu, & auctoritate, quando delinquentem excuset à dolo, & pœna, q. 97. num. 109. & seqq. 203
De Birroarijs, & exequutoribus, qui iudicis, ac Præsidis mandato aliquid iniustum faciunt an, & quando excusentur, q. 97. nu. 121. & seqq. 204
De laboratoribus, & operarijs laborantibus in fundo alieno an, & quando excusentur, q. 97. num. 131. & seqq. 205
De filio delinquente de mandato patris an, & quando excusetur, q. 97. nu. 149. & seqq. 207
De seruo, ac famulo delinquente de mandato Domini, an, & quando excusetur, quæst. 97. num. 162. & sequentib. 208
De mulieribus delinquentibus, quando & quomodo propter sexus fragilitatem excusentur in delictis, q. 98. nu. 1. & seqq. 210
De rustico delinquente, quãdo propter rusticitatem mitius puniatur, q. 98. num. 19. & seqq. 211
De ijs, qui dormiendo delinquunt, quando, & quomodo puniantur, q. 98. nu. 62. & seqq. 215
De ijs, qui amoris impetu, & furore delinquunt, an aliquam mereantur excusationem, & quam, q. 98. nu. 77. & seqq. 217
De nobilibus, ac in dignitate constitutis, quãdo propter nobilitatem, & dignitatem excusentur in delictis, aut saltem mitius puniantur, q. 98. num. 93. & sequentib. 213
De pœna delinquentibus mitiganda propter eorum [illegible] peritiam, aut merita in rempublicam, q. 98. num. 134. & seqq. 224
De Iudæo effecto Christiano an, & quando possit puniri de delictis commissis ante assumptum Baptismum, q. 98. num. 144. & seqq. 225
De muto, & surdo delinquente an, quando, & quomodo excusetur à pœna, q. 98. nu. 159. & seqq. 227
De patre præsentante filium delinquentem in carceribus, quando faciat, vt idem filius mitius puniatur, q. 98. nu. 164. & seqq. 228
De bono, & prospero euentu, quando in delictis faciat minuere pœnam, q. 98. nu. 173. & seqq. 229

DE VARIIS, AC DIVERSIS quæstionibus.

De procuratore in criminalibus causis comparente, ac defensione inquisiti absentis, & citati quando admittatur, & quando non, q. 99. num. 1. & seqq. 234
De comparẽte pro inquisito absente, & pro eo absentiæ, seu alterius impedimenti causas allegante, quando admittatur, & quando non, q. 99. nu. 575. & sequentibus. 270
De causis criminalibus ciuilibus, et mixtis, quando proprie dicantur tales, et de earum differentijs, q. 100. num. 1 et seqq. 275
De causæ criminalis pendentia, quando faciat super se dere processum in causa ciuili, et ècontra, q. 100. nu. 58. et seqq. 281
De cumulatione actionis ciuilis, et criminalis, quando à iure permittatur, quandove vna earum electa liceat aliam intentare, q. 100. nu. 119. et seqq. 289
De appellationibus recipiẽdis in causis criminalibus, appellatione á pendente an, et quando iudex possit suã [illegible] q. 101. uu. 1. et seqq. 296
De confesso, et conuicto, quãdo possit appellare, et quid de confesso tantum, aut conuicto tantum, q. 101. nu. 114. et seqq. 309
De bannitis an, et quando amittant testamenti factionẽ actiuã, et passiuam, quandove priuati censeantur beneficijs statutorum suæ ciuitatis tantum, an vero etiã iuris cõis, q. 102. nu. 1. et seqq. 316
De damnato ad mortem an, & quando possit testari, q. 102. num. 111. & seqq. 327
De damnatis ad mortem ciuilem an, & quando censeantur

tur priuati testamenti factione actiua, vel passiua, q.102.num.135.& seqq. 330
De occidentibus bannitos, quando gaudeant impunitate, præmio, indulto, seu nominatione a Statuto, vel bannimento concessis, q.103.num. 1. & omnibus sequentibus. 336
De thesauro inuento in fundo proprio, vel alieno, publico, religioso, vel priuato, ad quem spectet, & generaliter de materia thesauri, q.104. nu.1.& seqq. 369
De metallorum venis inuentis in fundo proprio, vel alieno, ad quem spectent, & an inuito Domino posit priuatus, vel Princeps eas in fundo alieno effodere, & generaliter de materia metallorum, & de eorum venis, q.104.num.33.& seqq. 374

DE VARIIS, AC DIVERSIS Criminibus.

De iniuriæ diffinitione, seu descriptione. Quomodo in iure sumatur, quandove, & quot modis inferatur, q.105.nu.1.& seqq. 379
De pœna iniuriarum, ac de actione pro illata iniuria competente, quandoq; in hoc crimine per electionem vnius actionis censeatur alteri præiudicatũ, & quomodo facienda sit iniuriarum æstimatio, q.105.nu. 25.& seqq. 382
De pœna iniuriarum, quando habeat locum, & quando non, quando, & in quibus casibus iniuriarum actio competat, q.105.nu.83.& seqq. 388
De iniuriarum leuitate, & grauitate, quando, & ex quibus leuitas, seu grauitas iniuriæ dignoscatur, multa ponuntur exempla generaliter, & particulariter q.105.nu.175.& seqq. 395
De veritate conuitij, & illatæ iniuriæ an, & quando excuset à pœna iniuriarum, q.105.nu.219.& sequentibus. 399
De iniuria vni facta an, & quando alteri facta censeatur, positq; vnus pro iniuria alterius suo proprio nomine agere, q.105.nu. 253.& seqq. 405
De iniuria illata, seu mentita data ad prouocationem alterius, & cum protestatione, quod non animo iniuriandi, sed saluo honore, &c. q.105.nu.306.& seqq. pag. 410
De pluribus modis, quibus iniuria remissa censetur, q. 105.num.334.& seqq. 413
De forma libelli in crimine iniuriarum, q.105.nu.384 & seqq. 417
De maledicente Principi, Car[illegible] 105.num.389.& seqq. 418
De pœna, & materia libelli famosi, q.105. num. 421. & seqq. 421
De pacto de quota litis an, & quando sit reprobatum à iure quomodo puniatur, & quando eius pœna locum habeat, q.106.nu.1.& omnibus seqq. 422
De pacis diffinitione, & diuisione quid scilicet, & quotuplex sit quid concordia, quid tregua, vel induciæ, quid etiam assecuratio, seu cautio, vel promissio de non offendendo quid inter se omnia prædicta differant, & ad faciendum pacem an, & quando quis cogi possit, q.107.num.1.& seqq. 435
De cautione de non offendendo, quando, & quomodo, & corã quo iudice ad illam præstandã, quis cogi possit, non solum pro se, sed etiam pro suis consanguineis, & quibus, & an etiam de non offendendo consanguineos petentis cautionem, & quos, q.107.num.11.& seqq.439. 437
De cautione de non offendendo an, & quando præstanda sit cum fideiussore, vel sine, q.107.num.36.& sequentibus. 441
De cautione de non offendendo quanto tempore duret, & per quantum tempus dari debeat, q.107.num.45 & seqq. 442
De pœna frangentis, & violantis pacem, q.107.numer. 57.& seqq. 444
De pœna frangentis cautionem de non offendendo, q. 107.num.77.& seqq. 446
De applicatione pœnæ fractæ pacis, seu cautionis de non offendendo, q.107.num.90.& seqq. 448
De pœna conuentionali fractæ pacis, seu cautionis de non offendendo, an posit iterum exigi propter aliam fractionem, & contrauentionem, q.107.numer. 95. pag. 448
De pluribus promissoribus de non offendendo, an vnus teneatur pro alio in casu contrauentionis, & an in solidũ, an vero pro virili, q.107.n.96.& seqq. 449
De fractione pacis, seu cautionis de non offendendo an probetur ex fuga, & contumacia offendentis in præiudicium fideiussoris, q.107.num.106.& seqq. 450
De cautione de non offendendo, an censeatur cassa, & extincta per subsequutam pacem, & an saltẽ iudex eam cassare teneatur, & de materia, q.107.nu.117 & seqq. 451
De verbo offensionis quidnam veniat illius appellatione ad effectum ruptæ pacis, vel cautionis, q.107.nu. 142.& seqq. 453
De pace, seu cautione de non offendendo, an dicatur rupta ex insultu, seu offensione, non tacto corpore, & sine illius læsione, q.107.nu.158.& seqq. 455
De pace, seu cautione de non offendendo, an dicatur rupta ex modica offensione, seu percussione, q. 107. nu. 210.& seqq. 459
De pace, seu cautione de non offendendo, quando censeatur rupta propter adulterium, vel stuprum commissum cum vxore, vel filia illius, quem is non offendere promisit, q.107.nu.227.& seqq. 461
De pace, seu cautione de non offendendo, quando rupta censeatur propter furtum, q.107. num. 238. et sequentibus. 463
De pace, seu cautione de non offendendo an rupta censeatur propter accusationem, seu testificationem in causa criminali, vel ciuili, q.107.num.246.et seqq. pag. 464
De cautione de non offendendo, an dicatur rupta per offensionem factam extra territorium, q.107.num. 259.et seqq. 466
De pace, seu cautione de non offendendo an rupta dicatur

tur ex eo, quod vnus ex paciscentibus contrà conditionem in pace appositam ingrediatur in ciuitatem, in quà permanet pars offensa, quæst. 107. num. 262. et seqq. 466
De pace, seu cautione de non offendendo an censeatur rupta per offensionem sequutam inter absentes, quorum nomine fuit facta pax, et præstita cautio, sed eam non ratificarunt, quæst. 107. num. 272. et sequentibus. 468
De pace, seu cautione de non offendendo an censeatur rupta per offensionem factam fratri, seu consanguineo paciscentis, aut illius, quem quis non offendere promisit, q. 107. nu. 317. et seqq. 473
De pace, seu cautione de non offendendo pro se, et consanguineis, etc. an comprehendat consanguineos vtrimq; coniunctos, q. 107. nu. 321. et seqq. 474
De pace, seu promißione de non offendendo, an comprehendat consanguineos, affines, seu adhærentes futuros tam actiue, quam paßiue ad effectum, vt propter contrauentionem locus sit pœnæ legali, seu conuentionali, q. 107. num. 329. et seqq. 475
De pace, seu cautione de non offendendo, an censeatur rupta per offensionem factam filio, seu vxori paciscententis, q. 107. num. 337. et seqq. 477
De pace, seu cautione de non offendendo an censeatur rupta per offensionem factam a filijs suis spiritualibus, seu adoptiuis, quæst. 107. numero 346. et sequentibus. 478
De pace, seu cautione de non offendendo an, et quando comprehendat hæredes, tam actiue, quam paßiue ad effectum, vt eadem pax, seu cautio dicatur rupta ex eorum offensione, et an etiam per offensam factam cadaueri ipsa pax, seu cautio rupta dicatur, q. 107. num. 352. et seqq. 479
De pace, seu cautione de non offendendo, an censeatur rupta per offensionem factam adhærenti principalis paciscentis, quando de adhærentibus expressa mentio facta non est, quæst. 107. numero 370. et sequentibus. 481
De pace, seu cautione de non offendendo, an, & quãdo comprehendat fœminas, tam actiue, quam paßiue, q. 107. nu. 380. & seqq. 482
De pace, an censeatur rupta per offensionem factam socio itineris, quæst. 107. numero 388. & sequentibus. pag. 483
De pace, seu cautione de non offendendo, an dicatur fauorabilis, vel odiosa, an latam, vel strictam recipiat interpretationem, & quomodo in dubio iudicandus sit in causa fractæ pacis, vel cautionis, q. 107. num. 396. & seqq. 484
De pace, seu cautione de non offendendo, an, & quando rupta dicatur per offensionem illatam ex noua causa, q. 107. nu. 403. & seqq. 486
De probatione, seu præsumptione nouæ causæ ad excludendum fracturam pacis, seu cautionis de non offendendo q. 107. nu. 432. & seqq. 490
De offendente ex noua causa adhoc, vt excusetur a pœna pacis, seu cautionis ruptæ qualem debeat probare causam, vt iusta, & excusabilis reputetur, q. 107. num. 460. & seqq. 493
De validitate, & interpretatione statutorum, seu constitutionum uolentium, non posse allegari nouam causam in pace, seu cautione de non offendendo rupta, q. 107. nu. 499. & seqq. 496
De prohibitione delationis armorum, & illius pœna, quando habeat locum, & quando non, q. 108. nu. 1. & omnibus seqq. 500
De ludo, & illius pœna, quando habeat locum in genere, q. 109. nu. 1. & seqq. 516
De clericis lusoribus, & eorum pœnis, q. 109. num. & seqq. 524
De ludo licito, & permisso, quæst. 109. num. 106. & sequentibus. 526
De retinente ludum domi, quando, & quas pœnas incurrat, q. 109. nu. 137. & seqq. 530
De repetitione pecuniæ amissæ in ludo a vincente, q. 109. nu. 175. & seqq. 534
De validitate, seu nullitate contractus, & mutui inter collusores, seu alias occasione ludi celebrati, q. 109. nu. 203. & seqq. 537
De incendij pœna, quando locum habeat, quandove ex incendio quis teneatur ad damna, & interesse damnum passo, q. 110. nu. 1. & seqq. 540
De incendio, quando præsumatur ortum culpa inhabitantium, q. 110. nu. 41. & seqq. 546
De incendij varijs, ac diuersis quæstionibus, q. 110. nu. 111. & seqq. 553
De grauitate, atrocitate, & detestatione criminis repetundarum, & barattariæ, quæst. 111. numero 1. & seqq. 558
De pluribus, ac diuersis pœnis à iure impositis in crimine repetundarum, et barattariæ, quæst. 111. nu. 14. & seqq. 560
De concussione, & eius pœna, quando habeat locum, & quando non, quæst. 111. numero 39. & sequentibus. pag. 563
De iudice, qui pecunia corruptus iniustitiam facit an, & quando teneatur ad quadruplum, & de applicatione huius pœnæ, quæst. 111. num. 59. et sequentibus. 565
De pœna iuris canonici infligenda iudici, qui pecunia corruptus iniustitiam facit, quæst. 111. num. 71. & seqq. 567
De cumulatione, seu confessione pœnarum iudici barattariam committenti a iure impositarum, q. 111. nu. [illegible] 567
De pœna corrumpentis iudicem, quæst. 111. num. 98. & seqq. 569
De corrumpente iudicem, an, & quando amittat causam, q. 111. nu. 124. & seqq. 572
De iudice, qui pecunia corruptus iniustitiam facit, quando, & in quibus casibus puniatur, q. 111. num. 138. & seqq. 574
De munerum receptione iudicibus prohibita, q. 111. nu. 235. & seqq. 583
De prohibitione barattariæ, q. 111. n. 261. & seqq. 586

De

De pœna, & materia promittentium bonum litis euentum apud iudices, & ob id pecuniam recipiẽtium, q. III. nu. 279. & seqq. 588
De dantibus, & recipientibus pro obtinenda gratia, uel iustitia apud sedem Apostolicam an, quando, & qua pœna puniantur, q. III. nu. 291. & seqq. 590
De iudice, q pecunia corruptus, seu alias dolo, & per sordes iniustitiam facit, quomodo puniatur, ad quid teneatur, tam criminaliter, quam ciuiliter ex quibus, & quando in iudice præsumatur potius dolus, quam imperitia, q. III. nu. 360. & seqq. 596
De iudice, seu officiali negligente in faciẽdo iustitiam, seu alias, quando, & quomodo puniatur, seu teneatur tam ciuiliter, quam criminaliter, q. III. num. 396. & seqq. 599
De iudice, qui per imperitiam male iudicauit, aut alio modo iniustitiam fecit, ad quid teneatur, & quando, q. III. nu. 435. & seqq. 603

INDEX LOCVPLETISSIMVS
RERVM, VERBORVM, AC SENTENTIARVM,

Quæ in hoc primo Tomo Secundæ Partis Praxis, & Theoricæ Criminalis continentur.

A

ABSENTIAE causas, quando quis allegare possit ad effectum, ne cõtra absentem procedatur remissiuè, q. 99. num. 275. 270

Absentiæ, seu alterius impedimenti causas pro absente citato, allegans admittitur regulariter ad excusandum de contumacia, siue simus in casu, de quo absens potest condemnari, siue non, q. 99. nu. 276. & seq. Vbi, quod hoc procedit non solum in criminalibus, sed etiam in ciuilibus, nu. 277. 270

Absentiæ, & impedimenti causas quilibet comparens allegare potest, etiam sine mandato, q. 99. nu. 278. licet aliy contra, nu. 279. Limita hanc conclusionem procedere in causis absentiæ necessariys, & quæ sunt facti prout est infirmitas, carceratio, & similia. Secus in causis absentiæ probabilibus, prout suspecti itineris, loci nõ tuti, loci pestiferi, insidiæ inimicorum, & similia. Itẽ secus in causis absentiæ non facti, sed iuris, & voluntariys, vt puta, si diceretur, quòd citatus non tenetur comparere ex eo, quòd iudex non est competens, aut alia de causa. His n. casibus comparens non auditur, nisi cum mandato, nu. 280. Contrarium, quòd etiã causæ probabiles possunt allegari sine mandato, num. 281. Et quando causæ iuris, & voluntariæ notoriè constant ex actis, tunc etiam quisq; admittitur ad eas allegandum sine mandato, nu. 282. Sic & pariter mandatum non requiritur in allegando causas probabiles, siue etiam iuris, & voluntarias, quando comparens vult satisdare, vt in num. 283. 270. & 271

Absentiæ, & impedimenti causas admittitur ad allegandum procurator, habens generale mandatum ad defendendum, seu ad prosequendum causam, etiam quòd illud non sit speciale ad allegandum causas absentiæ, & impedimenti, q. 99. nu. 284. 271

Absentiæ, & impedimenti causas necessarias quisque allegare potest, etiam sine satisdatione, seu cautione de rato, de iudicio sisti, de iudicatum soluendo, vel de re præsentando, q. 99. nu. 285. 271

Absentiæ, & impedimenti causas necessarias quisque allegare potest ẽt quòd sit inhabilis, & de iure non possit esse procurator, prout sunt mulieres, minores, milites, serui, infames, & similes, q. 99. num. 286. 272

Absentiæ causas pro minore citato quisq; allegare potest, etiam extraneus, nedum eius tutor, seu curator, q. 99. nu. 287. 272

Absentiæ causæ multo magis allegari possunt, quando Statuto hoc permittitur & quomodo hoc Statutum intelligendum sit, quæst. 99. num. 288. 272

Absentiæ, & impedimenti causæ possunt allegari, etiam quòd Statutũ reiceret defensiones rei absentis, q. 99. nu. 289. Licet aliy contra, num. 290. 272

Absentiæ causæ allegari possunt nedum probabiles, sed etiam voluntariæ, q. 99. num. 291. 272

Absentiæ, & impedimenti causis allegatis, Iudex debet differre processum, q. 99. nu. 292. & si non obstante allegatione processerit ad vlteriora, processus est nullus, num. 294. 272. & 273

Absentiæ, & impedimenti causis allegatis, iudex debet præfigere terminum competentem ad perquirendum, q. 99. nu. 293. vbi de materia huius termini. 272

Absentiæ, seu impedimenti causa allegata debet esse iusta, secus si iniusta, & quando dicatur iustum, seu iniustum impedimentum, q. 99 num. 295. & nu. 296. vbi de causa absentiæ, seu impedimenti procurata, & cum fraude, & ibi etiam, quando talis fraus præsumatur. Quamuis aliqui relati nu. 297. procuratam, & affectatam absentiam admittere videantur. 273

Absentiæ, & impedimenti causas allegans debet iurare de calumnia, q. 99. num. 298. 274

Absentiæ, seu impedimenti causas non sufficit allegare, nisi etiam illæ probentur, q. 99. num. 299. sufficit tamen leuis probatio, nu. 300. Item sufficit probatio per famam, per coniecturas, & aliys modis vt nu. 301. Immo ad effectum concedendi terminum ad certificandum non requiritur aliqua probatio, nisi per iuramentum, numer. 302. & 303. licet aliy contra. 274

Absentes, qui pacem ratificarunt, si illam rumpunt, tenentur tàm ad pœnam legalem, quam conuentionalem, ac si à principio pacem fecissent, q. 107. nu. 316. 473

ABSOLVTVS adhuc potest inquiri, & condemnari, si confiteatur delictum de quo absolutus est, q. 81. nu. 20. 4

ACCESSORIVM sequitur naturam sui principalis, q. 103. num. 236. 357

ACCOMMODANS scienter domum ad ludendum punitur, et tenetur ad restitutionem amissorum in ludo, q. 109. nu. 148. 531

Accommodantes ad ludendum taxillos, vel tabularium, puniuntur, vt in q. 109. nu. 146. 531

ACCVSATOR, qui confitetur falsitatem, seu crimen aduersus ipsum, per viam exceptionis oppositum ad effectum ipsum repellendi ab accusatione, an possit ex hac sua confessione condemnari, vide infra vers. Confessio incidenter, &c. per totum in discursu, nu. 219. et seqq. 29

Accusatoris confessio extraiudicialis, quòd accusatus non sit delinquens, valde prodest ipsi accusato, q. 82. nu. 26. 55

Accusator an, & quando in criminali iudicio possit per procuratorem comparere, q. 99. nu. 3. & seqq. 235

Accusatus criminaliter an, & quando possit contra accusatorem aliam causam criminalem intentare, q. 100. nu. 65. 283

Accusatus potest accusatorem suum de falsitate reaccusare, q. 100. num. 69. 283

Accusatus non potest accusatorem reaccusare corã diuerso iudice, sed benè coram illo, coram quo accusatus est q. 100. nu. 70. 283

Accusatus criminaliter non potest accusatorem suum ciuiliter conuenire, q. 100. nu 71. contra nu. 72. 283

Accusatus criminaliter non potest ciuiliter conueniri ab accusatore, ne sic conuentus à se defendendo retrahatur q. 100. nu. 73. licet aliy contra, num. 74. 283

Accusare quilibet potest in crimine barattariæ, & repetundarum, q. 111. num. 186. & seq. 578

Accusatoris confessio de crimine sibi obiecto ad effectum ipsum repellendi ab accusatione, non sufficit ad condemnandum, q. 81. num. 226. 30

Accusator dicens se falso accusasse, sufficit ad condemnandum, q. 81, num. 233. 30

Accusator dicens se participem criminis, de quo principaliter agitur sufficit ad eum puniendum, q. 81. nu. 25. 30

Accusator dicens [illegible] iudicem, se iudicem missum [illegible] sufficit ad ipsum puniendum, de corruptione confessata, q. 81. nu. 254. 33

ACQVISITA in ludo non tribuunt acquirenti nec titulum, nec bonam fidem, q. 109. num. 184. 535

Acquisita in ludo, an dicantur acquisita, ex causa lucratiua, vel onerosa, q. 109. num. 186. 536

ACTIO criminalis, & ciuilis oritur ex omnibus delictis, tam publicis, quam priuatis, criminalis scilicet ad publicam vindictam, ciuilis autem ad prosequutionem rei familiaris, quæst. 100. num. 7. 276

Actionum cumulationis materia generaliter, & remissiuè, q 100. nu. 119. 289

Actionum cumulationis materia vltra infrascripta, vide infra, verbo Cumulatio.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

non esset confessus, aut plenè conuictus, nu. 50. Limita 3. quando non interuenit carnalis cognitio, nu. 51. 301. & 302
Appellare non licet in crimine falsæ monetæ, q. 101. n. 52. 302
Appellatio denegatur insignibus latronibus seditionum concitatoribꝰ & ducibus factionum, q. 101. nu. 53. 54. 302
Appellatio denegatur in crimine assassinij, q. 101. nu. 55. 302
Appellatio denegatur in crimine veneficij, q. 101. nu. 56. 302
Appellatio denegatur in casu. l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi publ. q. 101. nu. 57. 302
Appellatio denegatur in crimine homicidij, vigore Bullarum Apostolicarum, q 101. nu. 58. contra nu. 59. 402
Appellatio non datur quando crimen est notorium, q. 101. nu. 60. licet contra nu. 61. Limita 1. vt procedat in notorio facti permanentis, secus autem in notorio iuris, nu 62. Limita 2. vt tamen dicatur appellatio, quoad effectum deuolutiuum, licet non quoad effectum suspensiuum, nu. 63. Immo etiam quoad suspensiuum, quando in appellatione infertur causa, per quam notorium offuscatur num 64. 303
Appellare non licet a sententia excommunicationis, vel interdicti, q. 101. nu. 66. Limita 1. quia appellatur a sententia hominis declaratoria excommunicationis, nu. 67. Limita 2. vt admittatur appellatio quoad effectum deuolutiuum, licet non sic quoad suspensiuum, nu. 68. Limita 3. quando excommunicationis sententia contineret intolerabilem, & patentem errorem, nu. 69. Limita 4. vt possit appellari a comminata excommunicatione, num. 70. Limita 5. aliis modis de quibus remissiuè, nu. 71. 303. & 304
Appellare non licet à pœna legis, quomodo hoc intelligatur, q. 101. num. 65. 303
Appellare non licet à sententijs latis à Papa, Imperatore, Rege, Præfecto, Prætorio, & Senatu, q. 101. nu. 72. & 73. Limita 1. quia datur reclamatio, et recursus ad eundem Principem, nu. 74. Limita 2. quando Princeps pronunciat ad relationem alterius, n. 75. contra, nu 77. Declara, vt nu. 76. Limita 3. in sententia lata à delegato Principis, nu. 78. 304
Appellare non licet condemnato pro aliqua publica administratione, vel etiam pro debito priuato ipsius Principis, q. 101. num. 74. & quid vigore Bullarum Apostolicarum, nu 80. 304. & 305
Appellare non licet. quando publicè interest pœnas accelerari, & delinquentes statim puniri, q. 101. nu. 81. 305
Appellatio non admittitur in criminalibus, quando periculum est in mora, q. 101. nu. 82. 305
Appellatio non datur in delictis commissis in officio, q. 101. nu. 83. Licet alij contra, nu 84. 305
Appellatio non datur officialibus, vt puta, Nuncijs, Notarijs, exequutoribus. seu alijs condemnatis à suo Prætore, & Iudice, pro delictis commissis in officio, q. 102. nu. 85. secus autem si condemnentur pro delicto, seu pro causa ciuili officium non tangente, nu. 87. pag. 305. & 306
Appellare non licet in sententia sindicatus, q. 101. nu. 89. & 91. licet alij contra, nu. 90. & quid vigore constitutionum Marchiæ, nu. 92. multi tamen sunt casus in quibus à sententia sindicatus datur appellatio, nu. 93. & 94. vbi tamen quod datur appellatio, & recursus. 306
Appellatio in criminalibus non datur, quando Statutum illam prohibet, q. 101. nu. 95. contra, nu. 96. declara materiam, vt n. 97. Statutum an possit in criminalibus appellationem prohibere, q. 101. nu. 95. & seqq. 306
Appellatio non datur à sententijs latis à Gubernatore vrbis quando [illegible] corporalis, q. 101. nu. 98. licet secus in pœnis non corporalibus. [illegible] quid in condemnatis ad triremes, nu. 100 & quando conuertitur in pœnam fustigationis, nu. 101. 307
Appellatio in vrbe, & Statu Ecclesiastico, non datur in pœnis pecuniarijs, nisi facto depositio, q. 101. nu. 102. & seq. vbi adhuc quod instantia harum appellationum non est, nisi sex mensium, limita, vt hæc procedant in pœnis applicatis fisco Cameræ Apostolicæ, secus si applicantur fisco Baronum, & feudatariorum, num. 104. 307
Appellatione prohibita etiam in criminalibus non censetur prohibita supplicatio, querela, seu recursus ad Principem, q. 101. nu. 105. Appellationi si iudex detulit, cum deferre non debuisset, non poterit amplius aliquid innouare, num. 106. & seqq. vbi de materia. 307
Appellationi licet non sit locus, Iudex tamen supersedere debet in exequutione, si iudex ad quem illi inhibuit q. 101. nu. 109. 308
Appellatio nō datur ad excessu pœna, etiam in casibus, vbi alias appellare non licet, q. 101. nu. 110. 308
Appellare licet sit prohibitum, non tamen est prohibitum dicere de nullitate, q. 101. nu. 111. 308
Appellare nunquam est prohibitum, quando sententia est notorie iniusta, q. 101. num. 112. 308
Appellatione prohibita in pluribus criminibus specialibus non tamen erit prohibitum appellare, quando condemnatus non erit confessus, conuictus, aut in fragranti crimine repertus. q. 101. num. 113 pag. 308
Appellare an, & quando possit confessus, & conuictus, & quid de confesso tantum, aut conuicto tantum, vide infra vers. confessus, & vers. conuictus.
Appellatione armorum quid veniat, q. 108. nu. 1. 500
Appellatione telorum quid veniat, & quę sit differentia inter arma & tela, q. 101. num. 2. 500
ARBITRVM corrumpens pecunia, vel ambitione, tenetur de dolo, q. 111. num. 101. 570
Arbiter qui pecunia corruptus, iniustitiam facit, non punitur pœna suspensionis à diuinis per annum à iure canonico inflicta, q. 111. num. 224. benè tamen facit litem suam, nu. 225. tenetur q; etiam ad alias pœnas iuris ciuilis, nu. 226 582
Arbiter si ex imperitia male iudicauit, tenetur, & punitur sicut iudex, q. 111. nu. 450. & seq. contra nu. 452. 606
Arbiter si infra tempus compromissi, non ferat laudum, an teneatur parti ad aliquod interesse, q. 111. nu. 451. 606
Arbiter malè arbitrando per imperitiam, non facit litem suam, quā do compromissum est factum cum iuramēto, & sine pœna, q. 111 nu. 453. Contra nu. 454. 606
Arbitrator qui malè iudicauit per imperitiam, facit litem suā, q. 111. nu. 455. & seq. vbi quòd arbitratur tenetur de dolo, & lata culpa. Declara procedere, quando immodicè leserit, secus si modicè num. 457. & seq. vbi limitatur hæc declaratio, nisi arbitratori fuisset data facultas etiam immodicè ladendi. 606
ARGVMENTVM de ciuilibus ad criminalia in materia confessionis, an, & quomodo valeat, q. 81. nu. 64. & seq. 10
Argumenta probabilia dicuntur inditia indubitata, q. 86. num. 43. & 48. vbi præterea in materia. 85
Argumenta probabilia dicuntur idem quòd iuris præsumptio, q. 86. num. 45. 85
Argumenta probabilia dicuntur ea, quæ faciunt inditium ad torturā. q. 86. num. 44. 85
Argumenta probabilia, quandoque accipiuntur pro semiplena probatione, q. 86. num. 46. 85
Argumentum à solitis valet in iure, q. 103. num. 160. 351
Argumentum de pace ad cautionem de non offendendo, quando agitur de illius contrauentione valet negatiue, affirmatiue autem nō q. 107. num. 402. 486
ARMA publica deferēs ad effectum occidendi bannitos puniri non potest, q. 103. nu. 75. etiam quòd bannitus occidatur cum archibusettis, nu. 76. licet alij contra, nu. 77. 344
Armorum appellatione, quid veniat, q. 108. nu. 1. 500
Armorum delatio omni iure prohibita est, nu. 3. 500
Arma deferens contra iuris prohibitionem tenetur pœna l. Iuliæ de vi. publ. q. 108. nu. 4. quæ pœna est arbitraria, nu. 5. sed an possit esse solum pecuniaria, an verò etiam corporalis, nu. 6. & 7. 501
Armorum delationis pœna, quæ sit vigore bannimentorum vrbis, q. 108. num. 8. 501
Arma deferens, & cum illis captus arma amittit, q. 108. nu. 9. quę de iure applicantur fisco, nu. 10. sed de consuetudine acquiruntur barisello, & exequutoribus, nu. 11. & quid si arma sint aliena, & non illius, qui ea detulit, nu. 12. 501
Arma deferens, punitur pœna statutaria, seu bannimentali, & non iuris communis, vbi bannimenta, & statuta adsunt, q. 108. numer. 13. 501
Armorum delationis pœna, an possit imponi à Prioribus, & Deputatis ciuitatum super bono, & pacifico statu ipsius ciuitatis, & an etiam à Dominis castrorum, & Principibus inferioribus, & quid etiam à Magistratibus, q. 108. nu. 14. 501
Arma si deferantur à muliere, & illa puniri debet pœna, contra deferentes arma, statutaria, q. 108. num. 15. 501
Arma si deferantur à forensibus, puniri debent ipsi forenses nedum pœna iuris communis, sed etiam statutaria, & bannimentali, q. 108 num. 16. Declara dummodo talis pœna, aut sit pecuniaria, aut leuis

leuis corporalis; secus si grauis, nu. 17. vel etiam quando forensis alleget ignorantiam, an in eo præsumatur scientia, & in omnem euentum forenses semper mitius puniri debent, nu. 18. & quid de Viatoribus forensibus venientibus ad forum, & arma deferentibus, n. 19. & quid seruetur in Vrbe, seu in statu Ecclesiastico, nu. 20. 502

Armorum delatio est ēt prohibita nobilibus, q. 108. num. 25. 502

Armorum delatio est etiam prohibita Clericis, q. 108. num. 21. nisi in itinere, & per loca periculosa, nu. 22. sed an possint puniri pœna statutaria, vel bannimentali, num. 23. & etiam an à iudice seculari, num. 24. 502

Armorum delatio prohibita est etiam militibus, praterquam in expeditione belli, q. 108. nu. 26. & qui dicantur milites ad effectum portandi arma, vigore alicuius constitutionis, nu. 27. 28. vbi etiā an bello finito, possint milites arma deferre. 503

Armorum delatio non censetur prohibita equitibus, q. 108. nu. 29. declara, nisi in prohibitione adesset aliqua dictio vniuersalis comprehendens aliquos equites, nu. 30. & quid de equitibus, qui pecunia emunt in Vrbe istas militias, nu. 31. 503

Armorum delatio est etiam prohibita rusticis, q. 108. nu. 32. Intellige de armis aptis ad offendendum, secus de armis ruralibus, prout sunt accetta, ronca, falces, rastra, ligones, pertichæ, & similia, nu. 33. & in proposito, quis dicatur rusticus, nu. 34. 503

Arma fabricare, vendere, aut mercari, nec etiam licet sine licentia Principis, q. 108. nu. 35. contrarium seruatur de consuetudine, n. 36. & quid de emptione, venditione, permutatione, datione, in pignus, aut quolibet alio contractu super archibusetto celebrato, num. 37. 503

Arma retinens domi, vel in agro punitur de iure communi, q. 108. nume. 38. secus de consuetudine, nu. 39. verum ex constitutione Pij Quarti. sola retentio archibusettorum punibilis est, & quid de retentione pugionum, & aliorum armorum breuiorum, num. 41. statuta autem prohibentia retentionem armorum, intelligenda sunt de retentione iure dominij, non autem iure pignoris. nu. 42. sicut nec etiā habent locum in retentione paruo tēporis momēto, nu. 43. & in omni casu retentio nūquam est prohibita, nisi retinēs habuerit scientiā armorum in eius domo existētium, nu. 44. 504

Armatus, si quis steterit in sua domo, non incurrit pœnā delationis armorum, q. 108. nu. 40. vbi etiam quid de eo, qui inuentus cum armis, & insequutus a birroarijs, aufugit in suam domum. 504

Arma multo minus deferre licet in iudicio, vbi ius redditur, seu etiam coram iudice, vel in congregatione, seu hominum cōuentu, q. 108 nu. 45. etiam quod quis à iure, vel ab homine, habeat licentiam diferendi arma, nu. 46. vnde secus tempore quo ius non redditur finita audiētia iudicis, & finita congregatione, nu. 50. 504. et 505

Arma multo minus deferre licet in palatio Principis, etiam quod habeat quis licentiam illa deferendi, q. 108. nu. 47. & etiam Principe absente à palatio, nu. 48. licet contrarium de consuetudine seruetur, nu. 49. 504

Arma venenata deferens eo magis puniendus est, q. 108. nu. 51. 505

Arma prohibita deferentes, prout sunt balistæ paruæ, archibusetta, eo magis puniendi sunt, & qua pœna, q. 108. nu. 52. & seqq. vbi etiam de pugionibus, cultellis, & alijs similibus breuioribus armis, q. 108. nu. 52. & seqq. vbi alia ad materiam. 505

Armorum breuitas, & qualitas maiorem pœnam inducens probanda est per fiscum in specie, & quomodo, q. 108. nu. 55. & seqq. 505

Arma deferentem, et in flagranti deprehensum, iudex potest punire absque alio processu, & quomodo, q. 108. nu. 64. contra nu. 65. & an requiratur sententia declaratoria, & an ab hac sententia detur appellatio, et alia ad materiam, nu 65. & 66. 506

Arma deferens pro defensione sui corporis puniendus non est, q. 108. nu. 68. & 69. vbi ampliat etiam in Clericis contra, nu. 70. 506

Arma deferens præsumitur habere malum animum offendendi, nisi ex qualitate personæ, & alijs contrarium suadeatur, q. 108. num. 71. & 72. 506

Arma defensibilia deferens, prout est lorica, & similia non punitur, q. 108. nu. 73. contra, nu. 74. 507

Armorum defensibilium appellatione, quænam arma veniant, q. 108. num. 75. 507

Arma offensibilia, & defensibilia simul deferens non punitur pœna statutaria, vel bannimentali, q. 108. nu. 76. 507

Arma ligata deferens minimè punitur, q. 108. nu. 83. & quid si dicta arma ligata deferat per ciuitatem, nu. 84. & quando propriè dicantur ligatæ, num. 85. 508

Armorum appellatione lapides, et fustes continentur, q. 108. nu. 87. nō propriè, sed impropriè, nu. 88. vbi propterea, quòd deferens lapides, & fustes non tenetur pœna delationis armorum, quid de portante baculum aptum, & accommodatum ad nocendum, nu. 89. quid de deferente paruum baculum, nu. 91. quid de tenente acerum lapidum super fenestra, nu. 92. quid de rustico portante baculum sine ferro, nu. 93. quid vigore bannimentorum Vrbis, et status Ecclesiastici, nu. 94. 508. & 509

